



1. Arnoldi Joh. Conr. diff. de Deo, Mundo et Homine, Gisse 1719.
2. Baumgarteni Sijism. Jac. diff. ad verba Rom. A. V. 4. Hald 1738.
3. Beumleri Marci diff. de libero Nature Tiguri 1797.
4. Gernerii Salam. Theres. de Sacramentis in genere, Wittenbergæ 1596.
5. Hartmanni Joachimi diff. Sirtens Vati-
cinum Sineonis. Rostochij 1744.
6. Heilbronneri phil. diff. proponendi
Antitheria Doctrinae petri Apostoli et
Pontificis Romani, Lauingæ 1597.



THEOREMA

DE HABITU
ALI CHRISTI HO-
MINIS SCIENTIA, ET VE-
ro eiusdem in scientia illa profectu:

Quod
Euo Oris
Moderatore,

REVER. ET CLARIS VIRO
Dn. IOHANNE GEORGIO VOLCKMARO,
SS. Theologiae Doctore, & in Academia Viteber-
gensi Professore publico,

CONTRA PONTIFICIOS

AD DISPVTATIONEM DECIMAM
Tertiam in Collegio studiosorum Theolo-
giae privato proponitur

à
M. IOHANNE SCHRODERO Treisensi
Hasso:

Respondente,

IOHANNE MEELFVRERO Culmbae
censi Franco.

VVITEBERGÆ,

Excusum Typis Wolffgangi Meisneri.

ANNO dñi 1700.





STEMMATIS SPLEN-
DORE, PIETATIS ET SAPIEN-
tia laude, literarumq; cultu Nobilissimo viro, Dn.
IOHANNI RIEDESELN, Illustriss. Hassorum
Principis Ludovici Archimareschallo, Nobili
in Eysenbach &c: Domino & Meccenas
ti suo magna animi obser-
vantia colendo,

Theologicum hoc exercitum:
offert & nuncupat

M. Iohannes Schroderus Treis-
sensis Hassus.



THESIS

THESIS

PRIMA.



Disputatum est haecenus de Essentiali & Personalis Christi hominis perfectione: videntur nunc illa quoque excutienda, quae de Habituali ejusdem perfectione solent quaeri.

2. Habitualis verò perfectio est illa, quae consideratur in Habitibus, quibus in sese, secundum se, subjective, formaliter, & habitualiter anima Christi est praedita & perfecta.

3. Quorum habituum in Christo principium erat geminum: Natura & Gratia. Accedebat enim ad Naturae bonitatem Gratia melior, ut quae per naturam bonam bona futura erant, per gratiam evaderent optima.

4. Scholastici hanc appellant Habitualement gratiam, eamque distinguunt ab Unionis gratia, quae sit ipsa Conjunctio Personalis Dei ad naturam humanam. Caietan. sup. qu. 7. art. 1. p. 3. Thomae.

5. Nam quia in Christo non solum divina est natura, sed & humana, nec solum divina ἐπέχει, sed & humana: gratia autem homini ut bene operetur necessaria est: consequens est, ut quia in Christo, ὅτι πᾶσι ἰσὺς ἔσται, omnia summa fuisse credendum est, summam quoque gratiam ad operationes perfectissimas edendas ei collatam fuisse statuamus. 1. Cor. 15. v. 10. Col. 1. v. 18.

6. Et cum Divinitas, in Sanctis per gratiam inhabitans, in eos effundat multa praeternaturalia dona, alienum à pietate fuerit, Humanitatem Christi, in qua tota Divinitatis plenitudo ὁμοιωμένη inhabitat, in meris naturalibus relictam, & ab eiusmodi donis & ornamentis nudam cogitare.

7. Verum quemadmodum unctus est ipse praesortibus suis, Pl. 45. v. 8: is, ita etiam praesortibus suis non solum divinorum: δῶματων, sed etiam eminentissimorum donorum particeps est factus: ex quo super eo requievit, Spiritus Domini, spiritus sapientiae & intelligentiae. Esa. 11. v. 2.

A 6

gentie, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientie & timoris Domini.

v. 3.
v. 4.
v. 5.

8. Quæ loquuntur de Christo omnes intelligunt, ita de habituali eiusdem perfectione quoque intelligendum, docent hæc verba. Spiritus timoris Domini qui timor humane nature, non item Divina, proprie competit. Item illa, quæ apud Prophetam sequuntur: Et faciet eum spirare timore Domini, ut iudicet cum iustitia, & erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Similis locus extat Psal. 45, v. 3. 5. 8.

ar. 1. q. 7. p. 3. 9. Hinc Thomas ad questionem: Vtrum in anima Christi sit aliqua habitualis gratia, affirmandam præter alia hoc quoque videtur argumentum: Quanto, inquit, aliquod receptivum propinquius est cause influenti, tanto magis participat de influentia ipsius. Influxus autem gratie est a Deo. Et ideo maxime fuit conveniens, ut anima Christi reciperet influxum divinæ gratie.

10. Cæterum præ cæteris Habitibus, quos alij plures, alij pauciores enumerant, vel ex uno plures, vel ex pluribus unum facientes, in disputationem venire solet scientia Christi habitualis.

ἘΠΙ ΤΩ

8. 1. De qua quæritur: Vtrum Christus illam creverit.

ἘΠΙ ΤΩ

lib. 7. ep. 47. 12. Fuisse enim in Christo scientiam aliam præter divinam, nemini sit dubium: quod non conveniebat, ut Filius Dei assumeret humanam naturam imperfectam: cuius inter ornamenta prima, teste Ambrosio, est scientia.

13. Deinde, cum res qualibet sit propter operationem, quæ operatio anime Christi intellectualis propria futura fuisset, si scientia nulla imbuta fuisset? Intelligere non potuisset: ut nullius rei sit intelligens, qui omnium sit ignarus. Sed nec velle potuisset: quia voluntas non vult, nisi quod prius intellexit. Intellectus.

l. 3. de orth.
ad. c. 18.

14. Recte autem Damascenus: Νῆς ἄσοφῶς, inquit, & cognitione privata erit nunquam, nam si inefficax, omni operatione destituta, & immobilis, & ἀνίπαυτος non existens omnino fuerit.

Ἔ

15. Ut merito in Synodo Oecumenica sexta damnata fuerit heresis τὸ μονοθελητικῶν, qui in Christo ut duas voluntates, ita et duas sapientias, sive scientias negarunt.

16. Et si naturalium Christo nihil defuit, illam saltem, præter divinam, habuit scientiam, qua prima cognoscuntur principia, quæq; nobis ab ipsa natura est insita.

17. Quod autem Scholastici etiam illam scientiam in Anima Christi quadruplicem faciunt [BEATAM, qua Anima Christi Verbum & omnium rerum perfectiones in Verbo cognoscit: INDITAM seu INFUSAM, qua cognoscit res omnes in propria natura per species intelligibiles, humanæ menti proportionatas, cuiusmodi scientia fuerit in primo homine ante lapsum, in sapientissimo Solomone: item in Angelis: EXPERIMENTALEM, qua quod theoretice sciebat, practice scire cepit, Et ACQUISITAM, quod in Christo fuerint aliqua species intelligibiles, per actionem intellectus agentis, in intellectu eius possibili receptæ, quanquam alij duas posteriores species unam faciant.] jubemus defensores eorum assertionis hujus fundamenta e sacris scripturis asserre.

Bell. l. 4. de
Christi anima
c. 15. Buzæus in
Apol. 5. contr.
Garlack.

18. Nos, quæ illi ad scientiam beatam, quam & Notitiam visionis dicunt, referunt, qua in Deo, ceu speculo, anima Christi omnia cognoscit, ad divinam Christi scientiam, τὸ λόγος ἑαυτοῦ quæ in propria, assumptæ naturæ καὶ ἐνωσῶν communicatam referimus, cuius divinæ scientiæ proprium est scire omnia.

19. Quam tamen ratione Humanitatis Notitiam Visionis appellare liceat: eo quod humana mens Christi cognitione illa non vertatur intra seipsam, sicut λόγος & videns seipsum, videt omnia, sed λόγος unitum sibi aspiciat, eumq; aspiciendo omnia nôrit & aspiciat.

21. Scientiam Infusam autem & Acquisitam seu Experimentalem non dispescimus, tanquam scientias sive duas sive tres in Anima Christi inhaerentes: ut nec Infusam omnium rerum notitiam complecti sentimus: sed unam scientiam animæ Christi inesse intelligimus, quam vno vocabulo Habitualement nuncupabamus, quamq; illa obtineat partim per infusionem, quod est Gratia, partim per Experimentiam, quod est Natura.

A 3)

Neque

21. Neque enim, quia aliud est Infusio, aliud Experientia, ideo aliud est Infusa scientia $\tau\omicron\delta\ \epsilon\iota\omega\alpha$, aliud Experimentalis: quemadmodum nec aliud $\tau\omicron\delta\ \epsilon\iota\omega\alpha$ est calor cælestis in homine, alius naturalis in eodem, quia aliud est cælum, aliud natura hominis.

$\Delta\iota\omicron\pi\lambda\omicron\varsigma\ \tau\epsilon\ \zeta\eta\tau\epsilon\mu\epsilon\upsilon\varsigma.$

22. Hoc igitur propriè hîc queritur: Vtrum Christi anima habitualem suam scientiam à conceptionis momento habuerit totam, ita ut nihil verè unquam nescierit, nihil verè unquam didicerit.

In art. de 23. Pontificij affirmant, secuti Scholasticos. Vide Bellarminum
pers. Christi cap. 1. de anima Christi lib. 4. Controy: gener. secundæ. Nos cum
affir. 11. auctoribus libri Concordiæ & D. Luthero, negamus, secuti sacras
in concio. de scripturas: e quibus sequentia argumenta depromimus.
natali Do-
mini.

LOCVS I.

24. Heb. 2. Debit per omnia fratribus assimilari.

Huc & ille: Semetipsum inaniuit forma servi assumpta, in similitudine hominum constitutus & figura repertus, ut homo.

25. At enim prius monendum, cum dicitur, assimilari per omnia, non posse ita simpliciter & absolute omnia intelligi. Alio qui [quod obijci solet] non è SPIRITV SANCTO concipi debuisset, nec corpus eius in sepulchro $\alpha\phi\theta\alpha\pi\tau\omicron\pi$ fuisset. Quin & febrî ac podagra laborandum ei fuisset, aliæq; calamitates, quibus fratrum vita exposita est, subeundæ fuissent.

26. Restrictè proinde accipiendum est, & intelligendum, Christum fratribus assimilari debuisse, in NATVRALIBVS omnibus, quæ non adhorrebant à sine carnationis, [finis autem incarnationis erat saluare homines] quæ vel ad naturæ perfectionem pertinebant, vel erant defectus, corruptam naturam consequentes.

27. Naturalia: dicimus ea, quæ respiciunt naturam humanam in vniversum, & omnibus humanæ speciei singularibus conveniunt.

Et

28. Et distinguuntur a personalibus, quæ ex corruptione naturæ nostræ originem quidem trahunt, sed quæ respiciunt atq; concernunt aliquas personas peculiariter, secundum suarum complexionum dispositionem, aut propriam corporis formationem, qualia sunt laborare febrim & podagra, ut docet commentator Damasceni.

29. Defectus verò intelligimus non eos, qui sunt culpæ, sed pænæ defectus, quos præter naturam integram & perfectam quoque assumpsit, non conditionis suæ necessitate, ut veteres loquuntur, sed miserationis voluntate, quos veros ille habuit, sicut & nos, sed non ex eadem causa. Lomb. distinct. 15. l. 3.

30. Quibus præmissis, argumentamur: Quæcumq; naturalia, siue ea ad perfectionem naturæ humanæ pertineant, siue defectus eius sint, a fine incarnationis non abhorrent, in his fratribus suis assumptus est Christus.

At profectus in scientia verus est naturale, quod a fine incarnationis Christi non abhorret.

Ergo in vero profectu scientiæ Christus fratribus suis est assimilatus.

Et vi consequentis, ut pueri alij, ita & Christi puerilis anima scientia habituali vere profecit. Vide Orig. hom. 12. in Levit.

31. Propositio locis supra citatis, & ijs, quæ in eorundem explicationem sunt dicta, nititur.

32. Assumptionem prosyllogismo tali probo: Quicquid ad humanitatis veræ, è SPIRITU SANCTO conceptæ, & ex Maria virgine natæ, ostensionem facit, id non abhorret a fine incarnationis.

33. Quos enim defectus habuit Christus, ut recte Lombardus disputat, vel ad ostensionem humanitatis, ut timorem & tristitiam; vel ad impletionem operis, ad quod venerat, ut passibilitatem & mortalitatem, vel ab immortalitatis desperatione spem nostram erigendam, ut mortem, suscepit. Distinct. 15. lib. 3.

34. Atqui verus in scientia profectus hoc facit. Ergo, si quidem, quod idem Lombardus scripturæ sacræ congruenter dicit, ut Christus verum corpus habere probaretur, suscepit defectus corporis. Suscepit ergo animæ defectus quoque, ut veram animam habere.

habere probaretur. Non quod ipse profectus sit defectus, sed quod defectum, ut loquuntur Scholæ, præsupponat, ceterum terminum d quo.

36. Hinc Beda in cap. 2. Lucae Euangelistæ: IESVS proficiebat sapientia & ætate & gratia apud DEVM & homines. Hic locus Manichæos pariter & Apollinaristas expugnat, ostendens Dominum veram carnem, veram & habere animam. Nam sicut carnis est ætate, sic animæ est sapientia proficere, & gratia. Quæ tamen in sapientia nullatenus proficeret, si naturalem intelligentiam, quæ hominibus rationis causa concessa est, non haberet.

LOCVS II.

Luc. 2. v. 40.

v. 52.

Puer autem succrescebat, corroborabaturq; Spiritu, & implebatur sapientia. Et gratia Dei erat super illum. Ibid. IESVS proficiebat sapientia & ætate & gratia apud DEVM atq; homines.

v. 19. & 16.

Huc pertinet illud Esai. 7. Butyrum & mel comedet [Emanuel,] Ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum, derelinquetur terra &c.

37. Patres in disputationibus contra perduelles DEI Arianos proficientiam illam ad naturam assumptam Christi referunt quidem, sed ut eam cum Omnisapientia Christi concilient, varias adhibent expositiones, quæ considerandæ sunt, antequam proponamus argumentum nostrum.

August. l. 10.

de gen. & lib. 38.

c. 18.

Alij longius abeuntes docent, eum profecisse ratione membrorum, & Christum profecisse dici, quando fideles eius sapientia profecerunt, quemadmodum rector aliquis Ecclesiasticus dicitur proficere in cura sibi tradita, cum per eius industriam alij proficiunt, ut Lombardus ait: vel quia proficientiam hominum & consummationem in sapientia & gratia propriam proficientiam faciebat, omnifariam quod nostrum est sibi peculiariter asciscens, ut sunt Damasceni verba.

l. 3. de orth.

fd. 6, 22.

39. Alij profecisse eum non verè, sed opinione hominum, qui eum

eum cum revera non proficeret, proficere putabant, Ita Cyrillus. 1.1. Com. in Ioh. cap. 16. th. 1.
Quia magis, inquit, eum homines indies admirabantur, illorum potius de Christo opinio, quam illius perfecta crescebat gratia.

40. Alij profectum Christi in sapientia hunc fuisse, quod Christus sapientiam, quæ in se perfectissima fuit, paulatim magis, ut loquitur Eutymius, denudaret ac demonstraret. Cyrill. lib. 10. Thef. c. 7. Dg. masc. lib. 3. c. 22. Nazian. orat. ad Basili- um. In cap. 2. Luc. Serm. 4. cont. Arianos.

41. Quod alij dicunt, non sapientiam Christi profecisse, sed Christum in sapientia profecisse. Puta Christum hominem. Sic enim Athanasius. Non ille verbi profectus fuit, ait, neque idem caro sapientia: sed sapientia corpus facta est caro. Ideoq; ut prolocutus sum, non sapientia, quatenus ipse sapientia est, progressus fecit: sed Humanitas in sapientia profecit, transcendens paulatim humanam naturam, Deificata nimirum & organum sapientia facta, ut per eum suam energiam exerceret, sapientiaq; inde eluceret, omnibusque innotesceret. Id. Cyrillus loco citato.

42. Et sanè si sapientia alia præter diuinam in CHRISTO non esset, expositio eiuscemodi aliqua quærenda fuisset. Quia verò Christi anima eternè quoq; est sapiens, sequimur illorum Patrum auctoritatem, qui de vero sapientia profectu locos illos etiam exposuerunt.

43. Quod fecit Casarius frater Greg. Nazianzeni dialog. 1. Secundum Deitatem, dicens, neq; crescit, neque deficit, non minuitur, non fit gloriosior, non maior, non insistit, non contrahitur. Proficit verò roboratus & crescens secundum naturam nostram in servili forma. Idem docet aliquam multis in locis D. Athanasius in serm. 4. contra Arianos, Ambrosius in lib. de Incarnatione Dominicæ sacram: cap. 7. Origenes hom. 17. in Levit. hom. 1. in Jerem. & hom. 19. in Lucam.

44. Etenim quicquid humanitas de Christo dicitur, id nisi scriptura contradicat, accipiendum est de Christo non ἡ δόξα, sed κατὰ ἀληθείαν.

45. Quid

45. Quid enim iuvat Manichæis, veritatem Humanitatis Christi negantibus, aperire fenestram? Et digna sunt pia meditatione verba Damasceni: Si opinione facta sunt, non veritate, quæ facta esse testatur Evangelium, famem, sitim, clavorum fixuras, laboris apertionem, & mortem, [Athanasius addit ignorantiam] fraus & deceptio est dispensationis mysterium: & opinione non veritate factus est homo: & opinione igitur & non veritate salvati sumus.

lib. 3. de orth. fid. c. 38.
46. Porro humanitas de Christo dici tamen proficere in sapientia & ignorare, nemo est qui neget. Nec obstat scriptura, quo minus κατ' ἀλλήδαα accipiendum sit.

47. Nam quod unctionem, qua Christus ultra consortes suos & sine mensura Spiritu sancto in ipsa conceptione fuit unctus, obvertunt, demonstrare eos iubemus, per istam unctionem, [qua Christus homo ad officium suum tum Sacerdotale, tum Regium, quorum neutrum citra divinam potentiam & sapientiam obire poterat inaugurabatur] creatam potius, quam increatam sapientiam τὸ λόγος accepisse.

48. Deinde Evangelistæ in locis adductis describunt pueritiam Christi: Consentaneum itaque est, loqui eos de tali sapientia & profectu, quem puer Christus cum pueris alijs communem habuit, nec alium eius profectum in ætate, alium in sapientia, sed utrobique intelligere verum.

ib. de Incar. dom. sacr. cap. 7.
49. Hinc Ambrosius: Profectus ætatis, profectus sapientiæ, sed humane est. Ideo ætatem ante præmisit, ut secundum hominem crederes dictum. Ætas enim non diuinitatis, sed corporis est, ergo si proficiebat ætate hominis, proficiebat sapientia hominis.

50. Quod et verbis Prophetæ elucet clarius, ubi puer butyrum & mel comesturus dicitur, ut sciat repræboare malum, eligere bonum. Non igitur sciebat hoc semper.

51. Rursum: Antequam sciat puer [quem virgo concipiet & pariet] reprobare malum & eligere bonum, derelinquetur terra, & c. Prius igitur concipietur & parietur, quam hoc sciat.

Simile

52. Simile argumentum e simili testimonio capitis octavi Esa-
ia textit Ambrosius hisce verbis: Per quem sensum [ut Esaias dixit]
patrem puer aut matrem nesciebat. Scriptum est enim, priusquam
sciat puer Patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci & spo-
lia Samariae. Sapientiam enim Dei futura & occulta non fallunt.
Expers autem agnitionis infantia, per humanam imprudentiam,
quod adhuc non didicit, ignorat.

53. Quid? quod ipse Thomas disputat: Quia inconueniens
videtur, in quiens, quod aliqua naturalis actio intelligibilis Christo
deesset, cum extrahere species intelligibiles a phantasmatis sit
quedam naturalis actio hominis, secundum intellectum agentem:
Conueniens videtur, hanc etiam actionem in Christo ponere: & ex
hoc sequitur, quod in anima Christi aliquis habitus scientiae fuit, qui
per eiusmodi abstractiones specierum potuerit augmentari, ex hoc
scilicet, quod intellectus agens post primas species intelligibiles ab-
stractas a phantasmatis poterat etiam alias abstrahere.

54. Hec ille de scientia acquisita: quae nunc acceptamus ad
verum profectum Christi asserendum, opinabilem negantes, donec
de scientia infusa & beata e scripturis sacris certos nos reddide-
rint.

55. Nunc argumentum nostrum subiiciamus: Si Christus pu-
er vere in scientia profecit, totam illam scientiam, quam in statu
gloriae nunc habet inde a conceptione sua non habuit.

Antecedentis veritas plana iam est.

De consequentis igitur veritate dubitandum non est.

LOCVS III.

57. Caeterum de die illo ac tempore, nemo novit, Marc. 13.
ne angeli quidem, qui in coelo sunt, nec ipse Filius, sed v. 32.
solus Pater.

58. Inde argumentamur: Si Christus homo in statu exinanitio-
nis

nis diem iudicij ignoravit, sequitur eum tum nondum tantam rerum
notitiam habitualem habuisse, quin maiorem adipisci potuerit. Prius
est verum, Verum igitur & posterius.

59. Propositionis consecutio manifesta est. Etsi enim scire di-
em ultimi iudicii sit omniscientiae divinae proprium: quia tamen Ani-
ma, Christi per glorificationem sui ἀκμῆν excellentissimorum quo-
rumq; donorum est consecutas: Et verò Angeli aliquando scituri
sunt per revelationem, quo temporis articulo dies ille sit exoriturus:
maiorem scientiam Angelis quam Anima Christi, inhaerentem videli-
cet, non debemus.

60. Quauquam postquam Christi anima per exaltationem ple-
narium divinae omniscientiae usum, nunc est adepta, hac ita frui il-
lam sit consentaneum, ut habitualis finitae scientiae, usus talis sit,
quale forsitan est lumen stellulae alicuius in meridiano sole.

61. Assumptum probant verba Christi allegata, quibus Fili-
um diem illum ignorare negat: quod facere non potuisset, si vel per
omniscientiae actum secundum, vel per habitualement animae suae sci-
entiam scivisset. Actum tamen omniscientiae divinae primo sciebat,
quod actu secundo scire eum λόγῳ in statu exinanitionis no-
uit.

Hilar. lib. 10.
de Trin. Am-
bros. de fid. ad
Gratian:

62. Quod autem alij hanc ignoratorem maluerant de tacen-
di dispensatione intelligere, quā Filius dicatur nescire, quia faciat ne-
scire homines, hoc est, non prodat eis, quod inutiliter scirent, ut lo-
quitur Augustinus, textus τῶν ἐπιστολῶν aliud insinuat.

36. Progreditur enim Christus per incrementum seu compa-
rationem maiorum, ab hominibus, ἡ ἀδελφῶν videlicet ad angelos ab an-
gelis ad Filium: quem scire maxime conveniebat: ut verò angelos,
quos praeter hominibus, ut pote in caelo existentes, scire verisimile erat
scire negat, ita Filium quoq; qui, si maxime nec homines nec angeli
scirent, sciturus tamen videbatur, scire negat.

64. Quod si igitur Filius reapse scivit, nescivisse autē dicitur, quia
non ad dicendum sciverit, amplificatio, qua ultimi diei abstrusissi-
mum

mum adventum, per comparationem majorum Christus exponere
voluit, in membro ultimo deficeret: quod maius non esset, Filium
eum saltem ad non dicendum nescire, quam angelos, qui in caelo sunt,
plane nescire.

65. Itaque malumus nos sequi expositionem Athanasij & Cyril. Serm. 4. com-
li, tanquam expeditionem & ad textum accommodatiorem. Quo. Aria.
rum ille: Homo factus, inquit, non erubuit propter carnem ex natura
istarum rerum insciã, se ignarum fateri, ut ostenderet, se eius rei con-
scium ut Deum, sed tamen carnaliter ignorare. Item: Quia carnem
induerat, ignorantiam obnoxiam, carnaliter locutus est, se nescium
esse.

66. Hic verò: Non oportet propter hanc vocem ignorantiam lib. 9. Thes.
dici Verbo inurere: sed potius misericordiam eius admirari, quod cap. 4.
non recusa verit propter nos ad tantam humilitatem descendere, ut
omnia nostra, & ipsam Ignorantiam humanam susciperet.

67. Item: Verè se dixit, ut hominem ignorare. Infirmita-
tes enim nostras omnes accepit: hac de causa ignorasse se dixit, quod
inde patet. Nam post resurrectionem cum jam ascendere in caelos
vellet, interrogatus de rebus futuris, acerbius respondit dicens:
Non est vestrum cognoscere tempora &c. Quod si [ut heretici di-
cunt] penitus ignorasset, non ita certe respondisset: Sed iam di-
xi vobis me nescire dixisset. Idem docet Athanasius loco ci-
tato.

LOCVS IIII.

73. Non poterat ibi virtutem vllam edere, nisi Marc. 16.
quod paucos infirmos impositis manibus sanavit. Et v. 5. t. 6.
mirabatur propter incredulitatem illorum.

74. In quemcunq; cadit admiratio ex obiectu rei inopinata,
in eundem cadit ignorantia & profectus in scientia.

In Christum cecidit in statu exinanitionis talis admiratio.

Ergo.

Ergo in Christum in statu exinanitionis cecidit quoque ignorantia & profectus in scientia.

75. Consecutio propositionis manifesta est: Admiramur enim, quum scire occipimus, quod nesciebamus. Assumptio nititur loco citato.

76. Hæc de Habituali scientia ad disputationem nostram dicta sufficiant.


Πορισματα.

77. E quibus obvium est, quid responderi possit ad Scholasticorum questionem de quatuor cardinalibus virtutibus, Prudentia, Temperantia, Fortitudine & Iustitia: an hæc quoque in Christo fuerint. Affirmate respondendum esse thesis septima ostendit.

78. Item ad Questionem de tribus Theologicis virtutibus, Fide, Spe & Timore DEI: nunquid & istæ in Christo fuerint. Fuisse has in eo simpliciter non dicimus. Absuisse prorsus simpliciter negamus ex thesi eadem.

F I N I S.






AD
ERVDITISSIMUM
VIRVM M. IOHANNEM
SCHRODERVM.

Siccine tot gyris, tot litigiosa fragosis
Argumenta modis, quæ in tot dissecta Tribunos
Secta SCHOLÆ ferit, incisa vno dividis ictu
SCHRODERE, & facili thesum vincimine nectis?
Sicne VIATORVM ambiguo quæsitæ cothurno
Discutis, extricans quæ nexu interplicat arcto.
Depilis illa cohors, quam cura infana fatigat
Anxia, tortilibus vibrare Sophismata nodis?
Siccine ab adversis volitantia spicula turmis
Excipere & sacrosancti umbone retundere VERBI
Prætense libuit? Sic sic CHRISTI itur in hostes
Sic spolia obritis aciebus opima feruntur.
Maeste SCHRODERE fui pro Salvatoris honore
Pugnando infestis fanatica sternere signis
Agmina; nec de suppetijs quicquã ambige, quas Dux
Summus ab arce poli multa submittet opis vi:
Maeste inquam & tibi depositam sperato coronam
Debita militibus cum cedit adorea fidis.

IOHANNES RODENBURGIUS
Anteverpianus F.



ERVDITISSIMVM
VIRVM M. IOHANNEM
SCHRODERVM

Sicque tot gratias totque insignia fructibus
Argumenta modis, que incedit ad Titulos
Secta SCHRODERVM, tanta ynochivis nam
SCHRODERVM, & facillimum vincantur necis?
Sicut VIATORVM ambiguo curia conitur
Dicunt, extrinsecas que in xpi episcopat. arcto
Deposita cohort, clamantur in una fuisse
Aucta, corripit yphate sopulimata nodis?
Sicque ab aduersis vohantia spicula curris
E. opere & sacrosancti umbone remunde VERVM
Præsertim libere sic in CHRISTI in in hostes
Sic tota optata opibus optima seruitur
Magis SCHRODERVM, in proprio sicut honore
Fugando infestis furas, & hincere iuris
Arguit, nec de superis que in ambige, das Dux
Sunt ab arce pot. nulli subit. et opis vi:
Mactatum & cbi deponit, nec in coronam
Debita militans cum eodem adoret hinc

IOHANNES RODENBRUNNENSIS
Amicus et discipulus

Handwritten signature or initials in the bottom left corner.

99 A 6906

ULB Halle 3
002 633 388




SA


6

VD17

Retro







THEOREMA

HABITVS

CHRISTI HO-

SCIENTIA, ET VE-
em in scientia illa profectu:

Quod

ἔω ἄω

Moderatore,

ET CLARIS VIRO

GEORGIO VOLCKMARO,

Doctore, & in Academia Viteber-

gensi Professore publico,

TRA PONTIFICIOS

ATIONEM DECIMAM

Collegio studiosorum Theolo-

privato proponitur

à

NE SCHRODERO Treisensi

Hasso:

Respondente,

MEELFV RERO Culmba

censi Franco.

VITEBERGÆ,

ypis Wolfgangi Meisneri.

NO d3 b 1VC.

